



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

CXLVIII. Eximit Fratres, & Conventus Tertiæ Ordinis Sancti Francisci in  
Castellæ, Gallicæ, & Legionis Regnis degentes ab omni jurisdictione  
Ministri Provincialis Minorum de Observantia Sancti Jacobi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

nostram diligenter, & accuratè fuerint execu-tionis mandata, compoſito Indice generali hujusmodi, cui etiam Regulae Indicis Tridentini cum obſervationibus, & iſtructione memorato Indici Clementino adjectis appositæ fuerunt; Nos de praedictorum Cardinalium confilio eundem Indicem generalem, ſicut p̄m̄mittitur iuſtu noſtro compoſitum, atque revisum, & typis Cameræ noſtræ A poſtolicæ jam impreſsum, & quem praefentibus noſtri pro iſerto haberi voluimus, cum omnibus & fngulis in eo contentis auctoritatē A poſtolicā tenore praefentum confirmamus, & approbamus, ac ab omnibus tam Univerſalibus, quam fngularibus perfonis, ubicumque locorum exiſtentibus, inviolabiliter, & inconcūſe obſervari mandamus, & præcipuum, ſub poenâ in Constitutione recolendâ memor. Pii IV. etiam p̄deceſſoris noſtri ſuper dicti Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas, varietatis veterum Decretorum in proponendis transgredientium poenâ tollendâ gratia, omnes, & fngulas poenas per Conſtitutiones A poſtolicas, & decreta anteriora hujusmodi quomodolibet inſtitutas harum ſerie redimimus, firmis tamen manentibus hiꝝ quaes de auctoribus, & libris damnatis in literis A poſtolicis die Cœne domini publicari foliis sanctis ſunt, circa quos nihil omnino mutare, ac ne contingere quidem interdimus.

Mandatum  
de obſer-vando.

§. 7. Mandantes propter omnis, & fngulis Venerabilibus Patribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon dilectis filiis eorum Vicariis, & Officibus, ac hereticæ pravitatis Inquisitoribus, & Regularium cuiuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Superioribus, omnibusque aliis, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, ut hunc genera-lem Indicem vulgandum, & obſervandum pro viribus current; memores ad offici ſibi commiſſi munus pertinere, ut oves Dominici gregis tam a pabulis pernicioſis arceantur, quam falaturibus impleantur, à quo ſi (quod abilis) per malitiam, aut negligētiā cefſent, omniū malorum, quaē inde gravifimā, & maxima oriri neceſſe eſt, diſtri-ctam ſibi apud ſeverum Judicem reddendam eſſe rationem.

Contraria-  
derogat.

§. 8. Non obſtantibus A poſtolicis, ac in univerſalibus, Provinciobusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutio-ibus, & ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione A poſtolicā, vel quavis firmitate alia roborati, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indulxit, & litteris A poſtolicis ſub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvaſ clauſulis, & decretis in contrarium p̄misſorum quomodolibet confeſſis, conſirmati, approbati, & innovati. Quibus omnibus, & fngulis, etiamſi pro illorum ſufficienti deroga-tione de illis, corumque totis tenoribus, ſpecialiſ, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut alia exquifta forma ad hoc fervanda foret, tenore hujusmodi praefentibus pro plenē, & ſufficienter expreſſis, & infertis, ac formam in illis traditam pro ſervata habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad p̄misſorum effectione ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transi-  
torum fides.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem praefentium literarum tranſumptis, ſer exemplis etiam in preſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo periorum in Ecclesiastica dignitate conſtituta-munitis eadem pro rorſus fides ubique locorum, & gentium habeatur, que ipſis praefentibus habere-tur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.

Dat. P. An. 9.  
die 5. Jan.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Pifatoris die 5. Martii 1664. Pontificatus Noſtri Anno nono.

Eximi Fratres, & Conventus Terti Ordinis Sancti Francisci in Caſtellæ, Galicie, & Legionis Regnis degen-tes ab omni jurisdictione Miniftri Provincialis Minorum de Obſervantia Sancti Jacobi.

### ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Terti Ordinis Sancti Francisci in Caſtellæ, ac Galicie, & Legionis Regnis degen-tes Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. Rom. Eccleſiae Cardinalium ne-gotis, & Consultationibus Epifcoporum, & Regularium praepoſitæ expedito, quod ipſi ægre cerebant eorum ordinem in illis partibus pejorem quotidie in flatum prolabi ex eo, quod Superioris ejusdem Ordinis, & Regulæ non haberent, à quibus immediate regerentur, quodque dudum felicis recordationis Clemens Papa Octavus Praedecessor noster ordinaverat, ut Conventus dicti Ordinis in Lufitania conſi-tes Miniftri Generali Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Obſervantia nuncupatorum, ac Commissario Generali familiæ Ultra-montanae ejusdem Ordinis immediate ſubjeſti remanentes proprium Miniftri Provincialis, & Diffinitores ſibi eligere poſſent, eaque ratione multis inconvenientibus obviari itum, optimique effectus ad Dei gloriam, & Religionis incrementum inde conſequenti furant, ſicut experientia compertum erat.

§. 1. Et in eadem expositione ſubjuncto, quod ipſi Exponentes propter eorum Conventus in Regnis ſupradictis conſtitutos ab omni jurisdictione dilecti filii Miniftri Provincialis Provin-ciae S. Jacobi dicti Ordinis Minorum de Obſervantia eximi, & liberari, ſibi que ut dilecto filio Miniftri Generali ejusdem Ordinis Minorum de Obſervantia immediate ſubjeſti remanentes ab uno Miniftri Provinciali, & qua-tuor Definitoribus, ſeū Discretis praefati Terti Ordinis, qui in Capitulis quolibet triennio, ſub praefidentia dicti Miniftri Generali, vel Commissario familiæ Ultramontanae Ordinis Minorum de Obſervantia hujusmodi, aut alterius per eos deputandi, juxta diſpositionem Conſtitutionum dicti Terti Ordinis celebrandis eligi deberent, ad inſtar Provinciarum Lufitanæ, & Bethicæ, non obſtantibus recolendâ memoriae Pii Papæ V. Praedecessoris pariter noſtri litteris, quinto nonas Julii 1568. emanatis, quarum initium eſt, Ea eſt offici noſtri ratio &c. de cetero regerentur, & gubernarentur concedi ſumma pere desiderabant: Emanavit ab eadem Congregatione Decretum te-noris, qui ſequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Epifcoporum, & Regularium praepoſitæ, ad quam Sanctissimus Domi-nus Noſter instantiam hujusmodi remitti, at-tentis narratis, ac audita relatione Miniftri Generali Ordinis, precibus Oratorum benigne an-nuens, decretiv, & mandavit eodem Oratores, ſeu ipſorum Conventus impoſterum à jurisdictione Miniftri Provincialis Provin-ciae Sancti Jacobi de obſervantia exemptos, & tantummo-do eidem Miniftri Generali, & Commissario Generali Familiæ Ultramontanae immediatè ſubjeſtos fore, prout harum ſerie eximit, ac re-petitiv ſubjicit, eidemque Miniftri Provinciali injungit, ne ullatenus in eorum gubernium, curam, aut quamcumque jurisdictionem ſe intro-mittat. Insuper eadem Sac. Congregatio ſta-tuit, ut deinceps praedicti Oratorum Conventus regantur per Visitatorem Provincialem, Definito-

ANNO  
1664.

ALEXANDER SEPTIMUS.

205 ANNO  
1664.

res, aliosque Officiales ex corum gremio assumentos, & eligendos, juxta Constitutiones Ordinis, & in reliquis omnibus ad instar Provinciarum Lusitanie, & Andalusiæ præfatarum. Pro hac autem prima vice elec̄tio præfatorum Visitatoris Provincialis, Definitorum, & Officialium fia à dīcto Ministro Generali, una cum suo Generali, Definitorio, & ita Sacra Congregatio præsentium vigore decernit, mandat, & itatuit, & Nuncio Apostolico apud Regem Hispaniarum pro tempore degenti, commitit, ut quatenus opus sit easdem prælentes omnibus juris & facti remedis & exequutioni demandari faciat: Prædictis literis Apostolicis sanctæ memoriae Pii V. ceterisque contrariis, alias in suo robore permanens minime obstantibus. Romæ 6. Martii 1664. M. Cardinalis Ginettus.

Confirmat  
prout in rub.

§. 3. Cum autem sicut præfat Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subuentia, & efficacia Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos speciale ipfis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertim, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatae Congregationis Cardinalium.

Decretum  
irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suofoque plenarios, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus plenimè suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis  
derogat.

§. 5. Non obstantibus præfatis Pii Prædecessoris literis, ac pia memoria Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictorum Ordinum, & Provincie Sancti Jacobi, & Conventuum, aliisque quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & conseruatis, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singularis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpto-  
rum fides.

§. 6. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibetur in judicio, & extra illud, qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 9.  
die 26. Mart.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima sexta Mart. anni mill. sexcent. sexag. quarti, Pontificatus Nostri Anno 9.

CXLIX.

Edita An. D.  
1664.

Exordium.

Absolvit ora-  
tores à cen-  
furis.

Prohibet,  
prout in Ru-  
brica.

Decretum  
irritans.

Transumpto-  
rum fides.

Dat. P. A. 10.  
die 28. Maii.

Quod non licet Fratribus Minor. de Observantia S. Francisci commorantibus Tolosa inducere novum Rosarium sub tit. Seraphici; nec facere Processionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujuslibet mensis: nec Tabellam exponere, in qua Beata Virgo det Rosarium Sanctis Francisco, & Clarae.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

In supremo militantis Ecclesie folio meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam constituti, exortas inter Religiosos viros controversias opportunis rationibus dirimere studemus, sicut in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Itaque dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis Prædicatorum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertim, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus ad favorem dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum Tolosæ Commorantium non licere dilectis pariter filiis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, minusque Confraternitati in eorum Ecclesia magni Conventus eretæ sub titulo Conceptionis Sanctissimæ Virginis Immaculatae, illiusque Confratribus facere Processionem prima Dominica cujuslibet mensis, nec posse prædictos Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia novum Rosarium sub titulo Seraphici, aut novem novendarum, vel alterius rationis inducere, prædicare, & docere, nec in Litanis B. Virginis aliquid innovare, nec tabellam exponere, in qua Beatis. Virgo Dei Mater det Rosarium Sanctis Francisco, & Clarae prout etiam præfata omnia fieri prohibemus, & servari mandamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suofoque plenarios, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibetur, qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1664. Pontificatus Nostri Anno decimo.